



~~SW~~ EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

W-26.

SIGNAT. ~~1515 CCCXIII.~~

Stückzettel erled.  
11. XII. 1944.



A. A. C. C.

D I S P U T A T I O  
EXERCITATIONUM PHILO.  
SOPHICARUM XLIII,

De  
**A M I C I T I A.**

Quam,  
Duce Iehovah,

S U B P R Ä S I D I O

**M. TOBIÆ TILEMANI**

VVitteb. Colleg. Philos. Adjuncti,

Liberalis exercitij gratia defendendam suscipiet,

**JOACHIMUS MASSOVIUS**

Rupino-Marchicus

In celeberrimâ VVittebergensi Academiâ,  
ad diem 22. Iunij, hora & loco solitis.

Augustin. hom. i. in Psalm. 30, vers. quia  
respexisti.

In genere humano dura est necessitas, nescire cor alterius, male  
sentire plerumq; de amico fidi, benè sentire plerumq; de a-  
mico infidi: ô dura necessitas.

**WITTEBERGÆ,**

Typis Iohannis Gormanni, ANNO M. DC. XI.


cupidatibus  
entia.  
a dolores seu  
nante animo  
Fortitudine  
perfectum  
is quoq; pe-

feratur, cla-  
or quam be-  
m sustinet ac  
ustinendo no-

, qua virtutum  
atione perfe-  
ac planè mul-  
re perferrent

viss: & rebe-  
at, sed quic-  
zavia, non ex  
r pueri min-  
ores sunt. Vt

io. 2. Elba  
rionem, Her-  
plerung, filii  
6. Nobili-  
numentia cupi-  
re. 8. Soloq;  
t esse prudens.  
hanc adfirmo-



## P R A E L O Q U I U M.

**S**apienter omnino Sapientes (qui generis bumeni pædagogi sunt, ut scire lo-  
 quitur Seneca delicium eruditorum, in Epist. 90 lib. 1.4) tradunt, quod cu-  
 jus, rei, quæ integratatem & maturitatem consecuta suam sit, dentur prin-  
 cipio, essentia, & affectiones, Piccol. gr. 9. Pbil. mor. c. 2.1: Principia qui-  
 dem, quis hic nibil à seipso, ut hoc insinuat magnus Naturæ mysta Aristoteles, in lib. II.  
 Phys. cap. 9, sed quicquid est extra D E V M per causas est, & ex causis, & in causis,  
 Scalig. Exerc. 307. Sect. 27. Essentia verò, quia quicquid hanc non habet, id ne est qui-  
 dem, Zabar. in gemmeo comm. lib. 2 post. cont. 3 dum omne Ens nostrate, proper humili-  
 tatem nature sue, plures habet causas, à quibus & suam quicquid essentiam, per quam est,  
 consequitur, & diversitatem, per quem non est id, quod aliud est, neque aliud est hoc,  
 quod ipsum est, Scalig. l. c; Affectiones demum, siquidem omne productum producentis  
 secum affert proprietatem, Parrot, lib. 1.4 Panarch. Quocirca, hoc ipsum quoq; in virtutib;  
 bus hanc abire extra hunc planum veritatis transitum, est nemini non in proclivi collige-  
 re: Vnde & Nos, ductu ordinis hujus, (ordinis enim ratio, quam Natura ostendit, obser-  
 vanda est, Scalig lib. 4. de caus. lat. lingue cap. 77. fol. 169.) ut debuimus, sic in prægrafia  
 disquisitionibus voluimus tūm causas earundem ac principia accurate explicare, tūm es-  
 sentialia, in speciali virtutum singularium consideratione, officiorumq; determinatione  
 propriorum, exquisitè declarare; Ut jam nūl nūl Affectiones virtutum in residuo restent  
 quarum certè familiam ducit ipsa Amicitia, quam ut in præsentia penitus atq; alibi in-  
 spiciamus, omniferiam opera est. Nam licet virtutis nomenclaturem minimè mereatur,  
 tām artī tamen necessitudinis nodo cum, hoc est colligata, ut illā sine virtus consistere  
 minimè omnī posse, uti suavē & eruditē super hoc disertat præses atq; amictus Eloque-  
 sie Cicero in Læt: A quo stat & Aristoteles, qui adfirmatè dicit, Beatitudinem quam  
 virtus pro solo fine habet, Scal. Ex. 317. Sect. 3. sine Amicitia absolutam non esse, lib. 9. Et b.  
 Nic. c. 9 & l. b. 8. c. 1. Quippè cuius, non dicam utilitas jucunditasvè, sed tania est neces-  
 sitas, ut Solem ē mundo tollat qui Amicitiam tollat, Cic. Ibid: Omni namq; vita generali  
 omnibus convenit modis, diuitiis τρόποι τὴν φυλακὴν καὶ χρῆσιν, pauperibus πέδοι τὴν  
 χατεφυγὴν, infantibus πέδοι τὴν τσοφὴν, adolescentibus πέδοι τὴν παιδεῖαν, juvenibus  
 πέδοι τὰς καλὰς περιέχεις, senibus πέδοι τὴν θεραπείαν. Hinc Aristot. inquit, Civilitati-  
 bus nihil majus aut melius Amicitia dari potest, lib. 2. Polit. c. 2. Et Cicero ait, Excepta  
 sapientia nihil melius datum est Homini à Diis immortalibus Amicitia &c. In Læt.  
 Verum quid in re tām manifestā verborum opus? Potius igitur, lectis Philosophi nostri  
 vestigijs, ad rem ipsam citatim accedimus.

## T H E S I S I.

**A**micitia, ab amando sic vocata, triplici porti: acceptioni se submit-  
 tit: 1. namq; fusè sumitur, pro naturalium inter se rerum consensio-  
 ne, ut hac ratione omnibus, quotquot sunt, creatis rebus amicitia quedam  
 insit; 2. Strictius acceptatur pro quolibet appetitu conjunctionis ac socie-  
 tatis, seu amabili affectu, qualis est tūm beluarum sese inter, tūm homi-  
 num erga belias, ac contrà; 3. Propriissimè notat mutuum inter homines  
 amorem, concordiamq; .

II. Et definitur à Philosopho, quod sit mutua, minimeq; obscura benevolentia, ejus ipsius causa, qui amatur, animo concepta, idq; vel virtutis, vel voluptatis, vel utilitatis alicuius gratiā, lib. 8. Eth. Nic. cap. 2: Quā in definitione genus est Benevolentia, ēuvōia, quam Φιληστιν alij adpellit; Cum bene velle latioris sit ambius, ac amare.

III. Differentiae autem numerò adduntur quatuor: 1. enim Amicitia dicitur benevolentia mutua: Cum ad amicitiam requiratur non solum unius amor, at & cīli Φιληστις; Ideoq; optimè divinus ēle Plato, nisi uterq; amet, neuter est Amicus, in Lysid. f. 109. Hinc cum in animatā re amicitiam contrahere nullo possumus modo: Imò nec cum bestijs quidem, cum his quoq; voluntas, quæ ad Benevolentiam requiritur, maximè desit.

IV. 2. Benevolentia ea, debet eum proper ipsum, qui amatur, suscep̄ta esse, neutiquam vel proprium ob commodum, ut in adulatio ne sit, vel proper rerum usum, uti pecoribus & facultatibus nostris benē cupimus, ut nimirum nobis salvae sine. 3. Amicitia insuper debet esse benevolentia aperta & manifesta, non obscura, sed declarata factis & officijs.

V. 4. Demum ultima differentia sumitur à causis impulsivis seu efficiētibus Amicitiam: Amamus enim aliquem, vel quia virtutem ita esse putamus illi, vel iucundum est Nobis cum eo conversari, vel deniq; quia prodesse Nobis potest. Ex quibus de facili patescit, quod Amicitiae objectum sit τὸ Φιλητόν, quodq; parilem in modum est vel bonum, vel iucundum, vel utile: Hec enim tria amore digna sunt, ac ut plurimum amari solent.

VI. Discriminantur verò ita inter se, quod bonum & iucundum proper se amatur, utile autem proper aliud, cum sit ad instar medij, conferens quid ad bonum vel iucundum: Iunctim autem ita distinguuntur, quod ex bonis, iucundis & utilibus aliqua simpliciter talia sint, alia determinatè, & alicui bona, alicui jucunda vel utilia; Item quod alia rei in veritate talia sint, alia verò Φαινόμενα, lib. 8. Et hic. cap. 2.

VII. Inde est in claro, quod Amicitiae tres species sint: Siquidem alia est ob virtutem, quæ bonum; Alia ob voluptatem, quæ iucundum; Alia deniq; ob utilitatem, quæ utile respectat. Quas inter species, aliæ sunt per se, & insimul etiam firmæ, ut res se habet cum priore specie: Aliæ per accidens, & ex similitudine tantum, infirmæq; uti sese conditio duarum posteriorum specierum.

VIII. Speciatim autem de Amicitia advertendum Honestam, quod ea solum à viris instituatur bonis, quippe quibus viris cura est cordiq; Atque hinc

binc duabus notis seu qualitatibus maxime est conspicua, nimirum quod sit  
I. Rara; idq; partim, dum solum inter bonos viros locum habet, qui admodum rarerent inventu, partim quia longa conversatione ad eam comparandam, peropus est, lib. 8. Eth. Nic. c. 4.

IX. 2. Quod sit Perfecta, tunc quia in illa homines amore se mutuarim prosequuntur propter se, & non aliud propter; Tunc quia est firma & stabilis; Tunc demum quia largè circumfluit omnibus ijs bonis, quae amicis unquam inesse aut debent aut possunt: Siquidem viri boni non tantum Honesti, sed & insimul utiles sunt, sunt & jucundi.

X. Amicitia deinde lucunda ut plurimum inter Iuvenes existere solet, cum hi precipue affectibus ducantur rapianturq; ac praे reliquias nimium quantum voluptates expetant: Inde ipsi hoc quasi in peculum datum est, quod sit inconstans, potiss: cum nulla voluptas diutino tempore duret; Alias requirit eadem etiam conversationem, eamq; crebriorem, cum voluptas cumprimis a presentibus Nobis oboriri solat, rerumq; desideratarum absentia per quam sit molesta.

XI. Deniq; Amicitia Utilis maxime inter Senes floret, quibus hoc vitium senectus adserit, ut attentiores sint ad rem, quam sat est, quo minus via & vita restat, eò plus viatici anxie queritantes: Nonnunquam tamen & Iuvenes utilitatis ergo sese amant mutuo, qui nimurum senilibus moribus afflunt, avaritiæq; morbo capti tenentur, idq; vel ex conversatione cum senibus, vel minimum coacti paupertate, lib. 8. Eth. c. 3.

XII. Ac hæc Amicitia etiam colitur absq; frequenti conversatione, & ab ijs hominibus, qui locis sunt disiunctissimi, modo lucellum aliquod ad eos redundet: Quinimò rei in veritate mutua conversatio in hac Amicitia sepiuscule est molesta, tunc ob vitium ætatis, cum seves ut plurimum morositas, tunc propter τλεοντιαν & suspicionem.

XIII. Hæc vero dictæ, & aliquantum hactenus declarata Amicitiae species, partim inter se convenient, & quidem 1. in Materiâ, quia in singulis est aliquid repertum utilitatis, est & voluptatis; 2. Duratione, quia non solum Honesta Amicitia, sed & due reliqua, aliquo temporis tractu durare possunt, quin imò fieri assolet, ut ex hisce amicitijs tandem ob conversationem nascatur morum quedam similitudo, & post beneficio hujus eadem diutius conserventur, lib. 8. Eth. Nic. c. 4.

XIV. Partim differunt, & potiss: sanè tripliciter: 1. Ratione subjecti, quia Amicitia Honestia non nisi inter viros coli posset bonos: Reliquæ etiam

obscura bene-  
el virtutis, vel  
Quâ in defi-  
y adpellant;

enim Amicitia  
non solum u-  
lato, nisi uterq;  
ia re amici-  
quidem, cum bi-  
desit.

ilivis seu effi-  
tem inesse pa-  
eniq; quia pro-  
ctiae objectum  
el jucundum,  
amari solent.  
icundum pro-  
pedij, confer-  
guuntur, quid  
ia determina-  
rei in veritati

quidem alia es-  
n; Alia deniq;  
a sunt per se,  
Alia per acci-  
duarum posse-  
rit, quod eas fa-  
cordiq; Aque-  
bins



inter malos locam habent. 2. Ratione Adjuncti, illa enim omnibus penitius cassa est calumnijs & injurijs: Hę nunquam illis vacant. 3. Ratione dignitatis, siquidem illa est amicitia simpliciter & propriè sic dicta: Hę tantum per accidens, ac quandam saltē ob similitudinem.

XV. Peculiariter autem discriminantur duæ posteriores Amicitiae species, dum Iucunda propius ad ingenium Honestę & verę amicitiae adcedit mulio, quam utilis, partim quia magis est ingenua & liberalis, partim quia etiam Beati eandem in votis habent, dum serio-crebro cupiscunt aliquem esse, qui ipsis sit oblectamento, lib. 8. Eth. Nic. c. 6.

XVI. Porro, ut rem ipsam penitus paulum tangamus, quod spectat causas Amicitiae, & primitus quidem Efficientem, de eā generatim hoc inquitius notandum, quod nihil tam Amicitias conciliat efficiat q̄, quam Āequalitas, si scil. aliqui se inter ejusdem conditionis sint, in eodem q̄ studij ac vitæ genere occupati tencantur: Quippe cum liquido cernere sit, inter Āequalales de facili amicitias contrahi, easq; omnino durabiles esse, Ibid. c. 7.

XVII. Āequalitatis verò vocula, notamus tam Arithmeticam & qualitatem, quam Geometricam: Illa quidem potiss: nititur ipsa Amicitia, ut res est manifestaria vel ex eius contrario, dum quo major est aliquos inqualitas, eo minus Amicitia locum inter eos habet; Quam ob rem nec Dīs (Aristotelis termino) cum hominibus, nec reges cum subditū, nec sapientia prediti singulari cum terrae filijs, uti fertur in protrito, propriè Amicitiam colere dicuntur.

XIX. Hac interim Geometrica equalitas, quandoq; etiam observanda, ita ut habeatur ratio conditionis & dignitatis personarū, ac ut inqualitas personarum compensetur & qualitate officiorum, ex cuiusq; estimatorum dignitate, dum cuiq; tribuitur, quod illi debetur: Sic cum parens præstat liberis educationem, bi verò parenti reverentiam, utiq; tum Geometricè & qualia hæc officia censemur, &c.

XIX. Causam autem conservantem Amicitiae, conversationem & convictionem constituimus: Nam quod hæc potiss: ad colendam conservandamq; amicitiam requirantur, vel ex hisce patescit, cum quia in conversatione præcipue usus amicitiae est in aprico, tum quia illa omissa & intermissa Amicitia paulatim dissolvitur, cum quia Amicitia est societas quedam, qua per omnia conversationem requirit, lib. 8. Eth. Nic. c. 5. & c. 12.

XX. Ulterius formalis causa Amicitiae, colligi quit ex eius notis inobscure ac adjunctis, quorum sunt potiss: 1. Benevolentia, quæ licet Amicitia in ca-

in catalogum inscribi minimè possit, tūm quia etiam erga ignotos est, tūm quia latitat persæpè in cordis scrinio, tūm quia in desideratis minimè habet unā rivendi: Tamen recte & verè dicitur & fons amicitiae appellatur, cum ex hac inveterata, amicitiae verae rivuli ubertim deducantur, lib. 8. Ethic.c.5. Cic.in Læl.

XXI. 2. Beneficentia: Sufficit enim minimè verbis amico bona praecari, sed enim factis hoc ipsum vel maximè est declarandum: Vbi sane penes accipientem in solidum erit beneficij estimatio, qui illud legitimam juxta rationem tanti estimabit, quantifaciebat penitus illud nondum adeptus, cum eo indigeret, lib. 9. Eth. Nicom. cap. 1.

XXII. 3. Comunitas: Si enim τὸ τῶν Φιλῶν κοινὰ, (quâ scil. mutua officiorum communicatio spectatur, observatā tamen honestate) ecquid erit causæ, quod & non ipsa Amicitia sit communio? 4. Concordia, que civilis est inter aliquos consensus, de rebus contingentibus, gravibus, utilibus, ac pertinentibus vel ad publicam, vel ad privatam eorum, qui concordassunt, utilitatem, lib. 9. Eth. c. 5.

XXIII. Adhuc fundamentum omnis Amicitiae, seu materia & quasi subjectum est societas Hominum: Nam illa circa eadem versatur, in quibus Iustitia consistit; Hanc verò in societate versari, esse quod totam, ex prægressis disquisitionibus liquido adparuit, lib. 8. Eth. c. 9. Cum quod sint variae societas, ut species, ob communionum diversitatem: Inde & Amicitiae in diversum abeunt, dum tales aliae sint magis, in quibus plura sunt communia, aliae minus, in quibus res contraria se habent.

XXIV. Ex his in obscuro esse nequit, quis finis Amicitarum sit, Felicitas nimirum civilis seu Politica, in primis quia & voluntatem, & spectat utilitatem: Id quod patet, tum ex communi legumlatorum intentione, que omnes id unicè accurate spectant, ut omnibus universim leges utiles sint; Tum ex fine sacrificiorum, ludorum &c. que ideo olim instituebantur, ut illis sese cives recrearent ac oblectarent, lib. 8. Eth. c. 9.

XXV. Ceterum cum contrariorum eadem sit doctrina, lib. 1. Top. 6. 8 & lib. 3. Reth. c. 4. lib. 1. Elench. c. ult: Non certè abs re erit, considerare & causas Amicitiae corruptentes; Quae sunt, proximæ ac propinquæ, Amicorū se inter querelle, offensiones, & lites, quæ oboriri solent frequenter quidem in Amicitia utili, raro vero in Iucundâ, & rariissime in Honestâ, Ibid. cap. 13.

XXVI. Proveniunt quod ex hiscè potiss. causis: 1. si Amans non redaretur, aut non tantoperè quanto ipse amat. 2. Si non utringue ea fiant, aut

ex yo-

mnibus peni-  
3. Ratione  
cta: Hoc tan-  
Amicitie seu  
icitie adde-  
alis, partim  
upiscunt ali-  
qua spectat  
atim hoc in-  
z, quam E-  
nig, studij at-  
sic, inter E-  
e, Ibid.c.7.  
icam aqua-  
amicitia, u-  
er est aliquos  
ob rem nec  
, nec sapien-  
rie Amicitia  
observanda  
inaequalita-  
tiorum di-  
s praefat li-  
ometrice a-  
nem & con-  
rvandamq;  
nversatione  
termissa h-  
edam, qua-  
notis inob-  
is Amicitia  
in 642

ex voluntate eā, quae primitū promissa. 3. Si officia p̄aſtit a plane non recompensentur. 4. Si aliter, quām ſperabatur. 5. Si non ſervetur dignitas & differentia personarum. 6. Si amicos inter equales, alterutem maiorem expetat honorem, aut ab altero majora exigat beneficia, ibid. c. 14.

**X X V I I.** Hifce universim omnibus occurritur ſalubriter querelis, ſi contrarij ſtudium dicamus noſtrum, hoc eſt, ſi pari amore redamemus, ſi eadem p̄aſtemus, quae ab Amicis fieri cupiſcimus, ſi fidem illis datam ſancte ſervemus, neq; Amicorum ſpem fallamus, ſi in amicitia inēquali differentiam personarum attendamus, ſi deniq; et iam officiorum diſtinctionem obſer-venus, ac cuiq; convenientia ex aſſe p̄aſtemus &c.

**X X I I X.** Ad extreſum, Amicitia duo adverſantur, in Excessu quidem τολυφιλία, cum quis plures iusto Amicos; In defectu vero αφιλία, cum quis nullos haberet. Nam ut minimè conuenit vel ſemper habere hospites, vel omnino nullos: (μη τολυζεινον, μη δ' αξεινον καλέσθε, Hesiodi au-reola eſt ſententia, lib. 2. op.) Ita parilem in modum non decet vel mulios, vel nullum habere amicum, verum enim & hic μέτρον eſt αριστον.

**X X I X.** Siquidem quod in Amicitia utili τολυφιλία fit tam noxia quam vitioſa, vel bec dant probatum: 1. Quia pluribus in ſertire eſt & laboriosum & difficile; Id quod ab eo fieri oportet, qui plures amicos habeat. 2. Imo multa pluribus elargiri oppido periculouſū eſt, cum eā ratione manifeſtō opes, quales illae quales, exbauriatur. lib. 9. Etb. c. 10.

**X X X.** Eundem ad modum & Iucundorum amicorum nos paucos habere omnigena expetit ratione, cum ſcilicet illi ad inſtar ſint alicujus condimenti, quod cum in cibo ſit minimum, deleſtat utiq; ſumme, ſin contra nauſeam certe affert. Deniq; etiam in Etonaſta Amicitia non conuenit plures habere ſibi coniunctos: In illā enim amor eſt ſummus ac excellens; Summum autem pluribus competere non poteſt, lib. 8. Etb. o. 6.

**X X I.** Aphiſilio vero cum primis cadit in Homines aſteroſ & ſenes, dum in illis ea repertu non ſint, que aliās Amicitias conciliare, aut in quibus Amicitie officia conſtituant, uti eſt oblectatio & conversatio: Contra Iuuenes à Vitio hoc ut ſunt alieniores ita ad Amicitias contrahendas apriores; Partim quia conuerſationem in delicijs quibus dabant, partim quia facile ſeſe oblectari poſſunt. Tantum & de Amicitia.

#### A D J E C T A N E A.

1. Indigentia non in recte Amicitiae mater dici poteſt. 2. Et hanc locorum in-tervalla non ſimplieiter diſſolvunt. 3. P̄eſtantiusq; in eā cū amare, quām amari. 4. At: ea omnino preſeleſtione, minimè fato Nobis competit. 5. Atq; hinc bonum eſt internum. 6. Inter vero Homines religionis diuerſe eſſe nunquam vere poteſt. 7. Peſtima vox eſt, Ama tanquam aliquando oſurus. 8. Affinitas non eſt Amicitie preferenda. 9. Et Patri amor erga liberos eſt certe p̄eſtantior. 10. Falso φιλανθρωπia maximè dominatur.

F I N I S.

Ung. VI 26

= [Dissertationes  
Theol. Vv. 70]

ULB Halle  
002 673 452

3



5b.

VD 17



